



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

126. An Beneficiarius qui omisit Horas Canonicas, liberetur à restituzione
fructuum propter eleemosynas pauperibus largitas, non tamen hoc
intuitu? Et quid est dicendum de aliis debitibus, an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

Sup. hoc in capum, in fabricam Ecclesiae, aut elemosynas pauperum teneatur. Super quas Pontificias Constitutiones residendi sunt, Nauar. in *Mannali*, c. 25. n. 122. Summa Corona p. 1. c. 1. n. 9. Fuchus de *visitacione*, lib. 2. c. 20. n. 22. M. Ant. Cuculus in *infis.* lib. 5. n. 7. n. 39. & Gigas de *pensionibus*. q. 50.

2. At ego contrarium sententiam, tanquam probabilem, ei, si illam sequi vellet, demonstravi. Nam Sylvius in 2. 2. q. 8. art. 13. concil. 4. Homobonus in exam. Ecclef. p. 1. tractat. 4. c. 5. q. 42. Molanus in *summa*, tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 26. Fernandez in *suo exam. Theol.* p. 3. c. 13. §. 8. n. 2. Henr. lib. 13. c. 13. n. 2. Toletus lib. 2. c. 12. n. 2. Sotus lib. 10. q. 5. art. 6. Aragonius 2. 2. q. 8. art. 13. Medina lib. 1. c. 14. §. 11. Petrus de Ledesma in *summa*, tom. 2. tract. 9. cap. 4. conclus. 11. Raphaël Torres in 2. 2. tom. 1. questi. 8. de *Horis Canonici*, confr. 9. num. 40. & Lessius lib. 2. cap. 34. num. 77. afferunt, cum, qui habet beneficium curatum, non teneri restituere, nisi partem correspondente obligationi recitandi Horas: Sup. hoc & vt, verbi gratia, Parochus, & Episcopus quintam seqq. deputati & electi, retineant, Canonicus quartam ultimam difficit, huius §. in Ref. seq. & pro Beneficiariis lege infra doctrinam §. pen. & vt. Ref. 139.

partem pro rata restituunt; reliquias quatuor, ratione tituli & onerum, retineant, Canonicus quartam partem restituunt; alij beneficiarij tertiam. Hac Henrquez, qui citat Lopez, Pennam, Cuevos, Gallo, & alios. Licet talis moderatio videatur Lessius iusto laxior, praestent in *Canonici*, & alii, qui non habent aliud onus, quam precum. Vnde eam limitat ad eos beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum proportionem. Toletus lib. 2. 12. n. 9. putat, pro toto omisso Officio restituentiam tertiam partem fructuum illi diei respondentium: quem sequitur Fernandez, vbi *sapra*. Tandem addam in fine huius dubitationis doctrinam notabilis Ioan. de Salas de legib. d. p. 15. sect. 2. num. 27. qui contra Vasquez putat, quod si contingat, Canonicum canonicum grossam prius verè, & absoluè luctari, antequam Officium omittat; nihil eius debere restituere; quia pena non est, ut fructus iam suos restituat; sed ut non faciat fructus suos. Hec ille.

RESOL. CXXIV.

Beneficiarius omittens recitationem *Horarum* quomodo debeat fructus restituere *sequid pro toto officio*; & *quid pro singulis Horis Canonici*?

Idem adiungitur de *Episcopo*, *Canonicis*, & *Parocho*.

Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 111.

Sup. contento in hæc Ref. lego doctrinam Ref. precedentem per totam, & signanter à medio §. 2. & pro beneficiariis vide infra doctrinam §. pen. & vt. Ref. 139.

Circa hoc in Bulla particulari anni 1561. Cita disponit Pius V. quod qui per unum diem totum Officium omiscerit, tenetur restituere omnes fructus illius diei; qui Matutinum tantum omiscerit, dimidiam partem, qui reliquias omnes horas, alteram dimidiam, qui harum singulas, v.g. Laudes, vel Primam, vel Tertiam, Sextam, aut Nonam, sextam partem fructuum illi dici respondentium; sed hæc Bulla cum tanto rigore accepta non videatur, ait Henrquez cap. 13. de excommunicatione, num. 2. in glossa l. 2. vbi refert praxim cum lapidatum confilio hunc rigorem ita moderare, ut Parochus & Episcopus quintam partem fructuum pro rata iuxta decisionem supradictam restituant, reliquias partes quatuor ratione tituli & onerum retineant, Canonicus quartam partem restitut, alij verò simplices beneficiarij tertiam similiter habentes praestitutions, & pensiones Ecclesiasticas. Verum hæc moderatio, ut alibi adnotauit, videtur Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 22. num. 177. nimis laxa, præsertim in *Canonici* & alii, qui non habent aliud onus, quam precum, vnde eam limitat ad alios beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum propor-

tionem. At his non obstantibus Agidius de Tulench in *exposito*. Bull. Crucifera, lib. 3. cap. 2. num. 3. putat opinionem supradictam Henrquez esse turam & probabilem; ego verò in hac questione de meo nihil dicam, & nihil ponam, solum referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. CXXV.

Cui facienda sit restitutio ex omissione Horarum Canoniarum? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 27.

§. 1. Respondeo, faciendam esse fabrica bene. Sup. hoc scilicet, vel pauperibus, ut patet ex Bulla Pij V. & ex Doctoribus communiter; sub nomine vero fabrica continetur non solum propria Ecclesia beneficij, sed fabrica domus beneficij, in qua beneficiarii habitat, vel alterius domus ipsius beneficij, vel utilitas in emendis, vel meliorandis agris, vel fructus in perpetuum augentur. Ita Suarez de Reg. tom. 2. lib. 4. c. 30. n. 19. & alij.

2. Sub nomine vero pauperum intelligentur etiam pauperes alterius loci, in quo non est suum beneficium, & intelligitur etiam ipsi beneficiarii si sit pauper, & id non fiat in occasione non recitandi, & eius mater, fratres, aut forores, non solum si sint mendici, sed etiam si necessarii ad decentiam personæ, & status carant, quales sunt multi nobilis. Ita Faustus de *Horis Canon.* lib. 2. q. 28. & Villalob. in sum. tom. 1. tract. 24. dub. 17. n. 9. Fernandez in *exam. Theol.* part. 3. c. 12. §. 8. n. 3. & alij.

3. Hac etiam restitu ti potest fieri Missis, & alii suffragii in utilitate defunctorum; nam ipsi sunt etiam iudicantes. Ita Filliuccius tom. 2. tract. 23. c. 10. n. 325. qui citat Suarez, & alios.

RESOL. CXXIV.

An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas, liberetur à restituzione fructuum propter elemosinas pauperibus largias, non tamen hoc instituit?

Et quid est dicendum de aliis debitibus, an contrarium sit sentiendum? Ex part. 3. tractat. 6. & Misc. Ref. 17.

§. 1. Hoc casu mihi contingit, & ab onere restituendis consulente liberavi, nixus auctoritate Pauli Layman in *Theol. mor.* lib. 3. sect. 5. tract. 2. c. 12. n. 9. vbi sic ait. Quando obligatio restituendi, puta pauperibus, ex iure Ecclesiastico tantum promanat, arbitrari probabiliter dici possit elemosinas, quæ cum tali obligatione, quanvis figura, non animo satisficiendi facta sunt, tamen ad eas non extingendas prodesse posse. Exempli causa. Venit Canonicus ad confessionem, qui toto anno in officium recitare neglexit, & ideo in pias caulas 300. aureos restituere debet, tali obligatione à toto anno. Confessarius illi significata, responderet, fe quavis huius obligationis immemorem, his ipsis diebus statuam argenteam Ecclesie aliqui donasse, rursum 300. aut amplius aureis estimetur, puto prima quod Confessarius contentus esse possit. Tum, quia non desunt Doctores qui ita sentiunt; tum, quia videatur esse virtualis intentio omnium dannatum elemosynas, satisfaciendi per eas omnibus obligationibus quas suis peccatis, aut negligentiis contrarerunt; tum denique quia leges Ecclesiastica benigne explicari debent. Ita Layman, & ego.

2. Notandum

de in 2. Norandum est tamen, quod contrarium di-
rectum est in alia debitis; unde qui ex furto, vnu-
t. aut. gendum est in debito; &c. debitor est, si ei restituendum esset tan-
tum deinde, donec immemor sui debiti; non liberatur
ab obligatione restitutiois; quia illa gratis donata sunt.
Nec refert dicere, quid si debiti sui memor fuisset,
le gratis donatum non fuisset; nam actualis dispo-
sitionis voluntatis, non autem conditionalis inter con-
tractum & usus attendenda est. Ita docent Lessius lib.2.
capit. 1. n. 157. num. 11. Lopez de contract. lib.2. capit. vii.
propriae, Sanchez in sum. tom. i. lib.2. capit. 1.
vii. & alij.

RESOL. CXXVII.

An Beneficiarius, qui omisit Horas Canonicas, ex-
clusus a restituitione fructuum propter eleemosynas
largitas pauperium, & sufficienes pro illo debito;
qui fuerint largia absque memoria dicta obligatio-
nes? Ex p.7. tr.10. & Misc. 1. Ref. 24.

Art. 1. Libi in 3.p. tr.7. ref. 57. ex Layman do-
cet qui probabiliter affirmat sententiam, quod secundum difficultatem
quod secundum difficultatem cuidam Theologastro, sed im-
memori quidem, nam tanquam probabilem illam te-
nec dicitus. Gaspar Hurtado in de Iust. diff. 9. difficult. 8.
vbi quarens virtutem donatio facta creditori a debito-
rato, & immemor debiti excusat, sic respondet: Non
dicitur, qui existimat vere excusat (nisi quando-
m. 1.7. & sic accipit a donatario) quia tunc in debitore est
intentio virtualis satisfaciendi debito; quia si memori
debito non dedisset animo donandi, sed satisfac-
tienti debito.

2. Sanctus vero lib.1. summ. c.13. Lessius c.39.
tandem dub. 10. & Layman tr. act. 2. c.12. docent, non excus-
sate & merito, quia debitor hic & nunc non soluit;
quia hic & nunc absolute donat. Quod autem solu-
tio, & non donaret; si debitor in intentum veni-
tatione non sufficit, vt vere soluerit dicatur: haec enim
dispositio conditionalis quia debitor ita dispositus
est, vt vere soluerit, & non donaret, si memor est et
debito non sufficit, vt actu non dicatur donare.

3. Nihilominus Layman, probable censeret ab
obligatione restituendi pronamantur tantum ex iure
Ecclesiastico, vt ab obligatione restituendi redditus
Ecclesiasticos ex omissione diuini Officii, excusari
debitorum eleemosynis, quamvis haec absque me-
moriam dictae obligations, & absque animo satis-
ficiendi obligations, quia intentio virtualis clargien-
tis eleemosynas sit satisfaciens de omnibus obligatio-
nibus, quas suis negligentiis, & peccatis contraxit.
Hacique Hurtadus.

4. Hanc etiam sententiam tanquam probabilem
me citato docet novissimum Machadus de perfido
Confess. 10.m. lib.2. p.2. x.2. docum. 3. n.7. vbi ita
afficit. Se haec adseritur porro non necessaria via in-
sufficit questione quod a cada passo se danda: esto es, si la-
danda non habet al arreceder por el deudor oblidado de
la deuda le euse de la obligacion de restituir aquella
cantidad, o.g. deviasme cien ducados, ignorandolo tu,
ja me donales otros tantos, si en tal caso quedes todo
vía obligado a restituirme la deuda quando lo co-
nuecas.

5. Algunos verdaderamente le escusen, sino es
cuando la donacion se hizo por remuneracion de otro
tan beneficio recibido; porque fuerá decho caso, ju-
geos, que en el deudor hubo voluntad virtual de satis-
facer mas por la deuda, que no hacer donacion al
acreedor.

6. Lessio, Sanchez, Layman, y otros son de con-

sentienti debito.

Tom. III.

trario parecer. No obstante que Layman, à quien
signo Hurtado, sientis por probable; que quando
la obligacion de restituir proviene solamente de De-
recho Canonico: amo lo es la de restituir los frutos
Ecclesiasticos mal llevados por no aver cumplido con
el rezo, &c. se excusa el deudor con las limosnas, que
huviere hecho, aunque sea sin estra intencion; pero
la intencion virtual del que hace la limosna es sa-
tisfacer con ella a todas las obligaciones, que con
sus negligencias, o pecados huviere contraydo. Ita
sile.

7. Et post haec scripta inueni hanc nostram opini-
onem tanquam probabilem admittere me etiam
citato duos doct. viros, Eminentissimum Domi-
num inueni Cardinalem de Lugo, de Iust. & Iure
tom.1. diff.4. sect.3. n.46. & Aegidium Trullench. in
Dec. 10.m. lib.1. c.7. dub. 24. n.18. Idem etiam te-
net Pasqualius noster in decif. Mor. Decif. 455. cum
Sanchez lib.2. consil. moral. cap. 3. n.121.

RESOL. CXXVIII.

An Beneficiarius possit compensare eleemosynas iam
factas voluntarie cum obligacione postea contracta
restituendi fructus propter omissionem officij?
Et supponitur Beneficiarius excusari a restitu-
tione fructuum ob eleemosynas iam factas, non
tamen cum intentione satisfaciendi hinc obliga-
tionis.

Et an hoc habeat locum in debitis ex furto, & variis
&c. qua forte soluenda sunt, pauperium ob incerti-
tudinem creditorum? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4.
Ref. 23.

§. 1. Suppono Beneficiarium excusari a restitu-
tione fructuum ob eleemosynas pauperibus
datas, non tamen cum intentione satisfaciendi hinc
obligacioni unde si beneficiarius ob omniam re-
stitutionem tenetur restituere 500. aureos, si tantundem
largitus est pauperibus, & si immemor huius obliga-
tionis, potest liberari a restituione, quia haec videtur
esse virtualis intentionis omnium facientium Eleemosynas,
vt per eas satisfaciant omnibus obligationibus, sup. hoc,
quod hic
supponitur
in duas
precedenti-
bus Ref. &
in 10.8. tr.4.
lege ex Ref.
49. doctri-
nam §. vite
&c. & §. au-
not. vita hu-
i. C. 8.
Sup. hoc in
Ref. i. not.
praterita; §.
v. 1. & in Ref.
4. in codem
§. & in tom.
8. c. 7. Re-
sol. 40. & in
alii eius
not. 1.

2. Sed hoc supposito, difficultas est, an haec do-
ctrina procedat, si quis possit applicare eleemosynas
olim factas pro omissione postea facta? Et negatiue
respondeat Pellizarius in Man. reg. tom. 1. tr. 5. cap. 8.
sect. 4. num. 229. Sed affirmat sententiam docuit Oliuerius Bonartius de Hor. Canon. lib.2. c.11.
n.21. cuius sententiam nimis latam ego existimauis
in part. 4. tract. 4. refol. 220. Sed modis inuenio illam
mordicus docere Escobar à Corro, tract. de Hor. Can. Quæ hic
supra po-
g. 5. §. 4. n. 10. Et ratio adduci potest, quia præbens
test vide-
eleemosynam censetur virtualiter illam præbere, non & cfr.

Tt. 2. solum